



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Petiti Philosophi & Doctoris Medici, Miscellaneorum Observationum Libri quatuor

Petit, Pierre

Trajecti ad Rhenum, 1682

Cap. XXVIII. Vindicatur Virgilius a quorundam censura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13245

nōn modo priscis sacra fuisse habita, sed etiam quod Herculi sacra essent, vulgo existimatum fuisse. ita enim libro 12. in disputatione de voluptate: Ἡ δια τί τὰ θεο-
μὰ ληστρὰ τὰ φαινόμενα ἐκ τῆς γῆς πάντα Ἡρακλῆες φασὶν εἶ-
ναι ἱερά;

CAPUT XXVIII.

Vindicatur Virgilius a quorundam censura.

Numanus lib. 9. *Æncid.* sic in Trojanos invehitur:

*Non pudet obsidione iterum valloque teneri,
Bis capti Phryges, & morti pratendere muros:*

& quæ sequuntur. Ibi Critici Maronem accusant, quod *bis captos* dixerit Phrygas, quos *ter* obsessos, & expugnatos fuisse constet. Nos (inquit Brodeus lib. 4. *Miscell.* cap. 7.) *non bis tantum, sed ter captum, excisumque Ilium fuisse censemus: primum ab Hercule, deinde ab Amazonibus, postremo a Græcis duce Agamemnone. Unde Theocritus in Ara, Τευχείδα τρίπορθον vocat.* Tum pluribus exemplis ostendit, non debere Poëtarum dicta ad exactam historiæ & veritatis normam exigi: in quibus & hunc locum profert. Sed profecto *Virgilius* tali defensione, hoc quidem loco, non eget. Ter Trojam captam fuisse negari non potest: non tamen *Maro* ibi male *bis captos Phryges* Numanum istum dicere facit; qui scilicet non multo antea a Græcis victi sub Agamemnone fuissent: quæ altera Trojanorum clades, a prima quæ sub Hercule accedit, memoratur. Tametsi enim

Τζετζες Trojam primum ab Hercule, deinde ab Amazonibus; tertio ab Agamemnone expugnatam refert: quem Brodeus sequitur; non tamen auctores defuisse putandum est, & fortasse graviores, qui ejusdem civitatis everfionem ab exercitu Græcorum sub Agamemnone, secundam ab illa Herculea, quam primam fuisse convenit, dicerent. Primum fcilicet Trojam captam fuisse ab Hercule ob equos Laomedontis: 2. ab Agamemnone inducto in urbem ligneo equo. 3. a Charidemo, cum equo in urbis ingreffu prolapfo, porte occludi non potuiffent. quo ordine triplicem hujus civitatis calamitatem, ut magis vulgatam & certam Plutarchus in præfatione ad vitam Sertorii, in illa in fimilium fortunæ eventuum inductione proponit his verbis: Εἰάλω δὲ τὸ Ἰλίον ὑφ' Ἡρακλέους διὰ τὰς Λαομέδοντες ἵππους, καὶ ὑπὸ Ἀγαμέμνονος διὰ τὴν ἀρχαίαν προσαγορευθέντων ἵππων, τρίτον δ' ὑπὸ Χαριδήμου ταῖς πύλαις ἵππων τινὸς ἐμπέσοντος.

CAPUT XXIX.

Quo sensu Beatus Hieronymus, Ruffinum, Calphurnium lanarium appellet?



ieronymi verba hæc sunt in *Apologia adversus Ruffinum*: Nam ut tibi sciolus esse videaris, & apud Calphurnianos discipulos doctrina gloriam teneas, totam mihi physicam opponis, &c. rursus in eadem *Apologia*: Nimirum iste est *Sallustianus Calphurnius*. Præterea in epistola quadam ad San-